


1711
1711

A. W. W. W.





AD
ORATIONEM INAUGURALEM
DE
ITINERARIORVM
ORIENTALIVM VSV
IN
PHILOLOGIA S. ANTIQVITATIBVS
BIBL. ET HISTORIA ECCLESIAST.

QVA
PROFESSIONEM HISTORIAE S. ET ANTIQVIT.
DECRETO REGIO, PRAEVIIS SVPERIORVM SVFFRAGIIS,
SIBI DEMANDATAM,

IN
ILLVSTRIS GYMNASII REGII REFORMAT. AVDITORIO
DIE XXIX. MAII HORA X. MATVTINA
MORE SOLEMNI AVSPICABITVR,

OMNES REI LITERARIAE STATORES ET FAVTORES,
CIVISCVNQVE ORDINIS SINT AC DIGNITATIS, SPECTATISSIMOS, VT ET
CIVES ACADEMIAE NOBILISSIMOS,
QVA DECET, OBSERVANTIA AC HVMANITATE
INVITAT

JOHANNES SIMONIS

HISTOR. S. ET ANTIQVIT. PROF.
PRAEMISSA EXERCITATIONE PHILOGICO-ANTIQUARIA,
QVA IN
GRAMMATICAM ET MYTHOLOGICAM SIGNIFICATIONEM
NOMINIS THAMMVZ EZECH. VIII, 14. INQVIRITVR.

HALAE MAGDEBVRGICAE.

Typis EMANVELIS SCHNEIDERI Acad. Typogr.

XLIX

ORATIONEM IN ACADEMIA
 DE
 ITINERARIORVM
 ORIENTALIVM VSQVE
 PHILOGIA S. ANTIQVITATIBVS
 BIBL. ET HISTORIA ECCLESIAST.
 PROGRESSIONE HISTORIAE S. ET ANTIQVIT.
 DECRETO REGIO. PRÆFVS SVPERIORVM SVPERAGIS
 ONI DEMANDATA
 ILLVSTRIS GYMNASII REGII RETORMAT. AVDTORIO
 DIE XIX. JAN. HORA X. MARTINI
 MORE SOLEMNI ASSICLATIVE
 OMNES REI LITERARIAE STATORES ET FAVTORES
 QUI SVPERIORVM SVPERAGIS S. ET ANTIQVIT.
 DE RE SVPERIORVM SVPERAGIS S. ET ANTIQVIT.
 QUI SVPERIORVM SVPERAGIS S. ET ANTIQVIT.
 JOHANNES SIMONIS
 HISTOR. S. ET ANTIQVIT. PROE.
 GRAMMATICAM ET MYTHOLOGICAM SIGNIFICACIONEM
 NOMINE THAMVY TERTIVM IN SVPERIORVM SVPERAGIS S. ET ANTIQVIT.

HAER. MAGDEBVRGICAE
 Typ. EMANVILIS SCHNEIDERI AEL. Typogr.



injicit, nomina, maximam quippe partem una cum rebus suis obscuritate involuta.

Bene quidem nobiscumque agitur, quod veteris idololatriæ formam & instrumenta ignoramus, (b) eoque minus damni ad nos exinde redundat, quod salutis nostræ æternæ cardo in istis nequaquam versatur. Quia tamen & idolographia V. T. in Antiquitatibus S. peculiarem tractationem sibi deposcit, & in enarratione factorum Ecclesiæ haud raro turpis ejus ad idololatriam gentilem defectus notatur, & sacræ denique literæ multis in locis sine accurata superstitionis illius cultus cognitione intelligi nequeunt: hinc certe in deastrorum istorum nomina, cultum, mythologiam & similia inquirere, nemini ineptum videbitur aut plane inutile.

Cogitanti itaque de argumento, instituto nostro præfenti digno, commode succurrebat famosum illud idolum *Thammuz*, cujus mentio fit Ezech. 8, 14. ubi mulieres Israeliticæ ad januam portæ templi septentrionalem sedisse & *Thammuzum* deplorasse narratur: cujus nomen, cum in *Onomastico* V. T. p. 604. obiter saltem attigerim, jam pluribus exponam, ita quidem, ut primo dispiciam, quisnam vulgo *Thammuz* iste habeatur? quo facto, ipsum vocabulum תַּמְזִיז explicabo & cuinam numini id nominis proprie competat, ostendam.

Frivola & ridicula Judæorum de *Thammuzo* commenta, ut MAIMONIDIS in מורה נבוכים P. III. c. 29. JARCHI ad Ezech. 8, 14. & KIMCHI in *Libro Radic.* & ad l. c. jam dudum ab aliis explosa, studio prætermitimus.

Cæte-

(b) Ut graviter judicat Cocceius in *Lex. Hebr.* sub. voc. תַּמְזִיז.

Ceterum de *Thammuzo* tres potissimum Eruditorum
 existant sententiae. Prima eorum est, quibus *Thammuz* idem
 videtur cum Adonide, illo Veneris amasio, qui ab apro occi-
 sus, a Venere deploratus fuisse fingitur. Qui luctus quotan-
 nis a mulieribus repeti consuevit, maxime in vicinia montis Li-
 bani & in urbe Byblo, ut testis est LYCIANVS de *Dea Syra*. Un-
 de Adonis *δακνόςτιμος* appellatur ab ORPHEO *Hymn. in Adonid.*
 Planctus ille *Ἀδωνιασμός* a Græcis dicitur, (c) & ipsum fe-
 stum, hunc in finem institutum, *Ἀδώνια* (d). Adonin illum
 esse *Thammuzum*, κατὰ τὴν Ἑλλάδα Φωνὴν, autor est THEODO-
 RETVS, & Scriptor *Chronici Alexandr. Θαμῶζ*, inquit, ὅπως ἐγ-
 μνηύεται Ἀδώνις. Idem sentiunt PROCOPIVS in Ies. 18. HIE-
 RONYMVS in Ezech. 8, 14. & in Epist. ad PAVLLIN. de *Instit. Mo-*
nach.

A 3

(c) *Ἀδωνιασμός*, ὃ ἐπὶ τῷ Ἀδωνι θεῶνος, ab HESYCHIO & Autore
Etymologici Magni exponitur.

(d) De festo & luctu illo vid. BION SMYRNEVS in *Epitaph. Adonid.*
 PLVTARCHVS in *Alcib. & Nic.* PAVSANIAS in *Corinth.* c. 20. SVIDAS
 in *Lex. voc. Ἀδώνις*, OVIDIVS *Metamorph.* L. X. v. 722. seq.
 MACROBIVS *Saturnal.* L. I. c. 21. AMMIANVS MARCELLINVS L.
 XIX. & XXII. PROCOPIVS GALVEVS in Ies. 18. NATALIS COMES in *My-*
tholog. L. V. c. 16. POTTERVS in *Archeolog. Græc.* L. II. c. 20.
 MEVRSIVS in *Græcia Feriat.* L. I. PETR. CASTELLANVS de *Festis Græc.*
 voc. *Ἀδώνια*, FASOLDVS in *Vet. Græc. Hierologia* Dec. I. Fest. 4.
 VOSSIUS de *Idolol.* L. II. c. 4. DIETERICVS in *Antiquit. Bibl.* ad Ezech.
 8, 14. VRSINVS in *Quest. Bibl.* L. II. Quest. 17. DOVGTEVS in *Ana-*
lect. Excurs. 101. SPENCERVS de *Leg. Hebr. Rit.* L. II. c. 24. Sect. 1.
 SCHEDIVS de *Diis Germ.* p. 106. BRAVNIVS in *Select.* S. L. IV. §. 26.
 Celeb. DEYLINGIVS in *Dist. de fetu super Thammuz* §. 14. LAKEMA-
 CHER in *Antiq. Græc.* p. 588. seq. Cl. ZORNIVS in *Biblioth. Antiq.*
 p. 137. seq. & p. 1126. seq.

nach. (e) BAR BAHVL, Lexicographus Syrus, apud CASTEL-
LYM in *Lex.* col. 3911. Ex recentioribus autem GYRALDVS de
Diis Gentil. Syntagm. XIII. SELDENVS de *Diis Syr.* Synt. II. c.
II. REINESIVS in *Diff. de Deo Endovell.* VOSSIUS de *Idololatr.*
L. II. c. 4. SCHEDIVS de *Diis German.* p. 104. HVETIVS in *De-*
monstr. Evang. P. Popof. IV. c. 3. WITSIVS in *Aegypt.* L. II. c. 2.
§. 14. VITRINGA in *Ies.* 18, 1. CONR. MEL in *Antiquar. S.* p. 22.
BYDDEVS in *Histor. Eccles. V. T. T. II.* p. 702. seq. LAKEMACHER
in *Antiquit. Græc.* p. 590.

Alii per *Thammuzum* Osirin, Deum illum Ægyptio-
rum, intelligunt, quem à Typhone occisum, Iiis uxor
ejus ingenti planctu requisivisse atque annuo luctu colendum
instituisse fertur (f). In hac sententia sunt IVNIUS & PISCA-
TOR ad *Ezech.* 8, 14. LE MOYNE in *Var. S. T. II.* p. 883. CHR.
WORMIUS de *corrupt. Antiquit. Ebr.* L. I. p. 139. LEYSDEN in
Philol. Hebr. Mixt. Diff. XLIII. PREIFFER in *Dub. Vex.* adl. c. AL-
BERTI in *Porta Ling. S.* p. 1202. ZELTNERVS in *Annot. ar.* ad *Bibl.*
German. C. ABEL in *Histor. Monarch. Antiq.* p. 137. aliique.

Sunt denique, quibus *Thammuz* non alius est ac Bacchus,
notissimus ille Deus vini, qui ululatus primo Thebas se imple-
viffe ait apud EVRIPIDEM in *Bacch.* & à Bacchis lugubri funesto-
que ululatu colebatur. (g) Statuunt ita LVTHERSVS in *Glossa* ad
Ezech.

(e) Quomodo & in *Versione Vulg.* redditur, quam defendunt SAN-
CTIVS, CORNELIVS à LAPIDE, MENOCHIVS, OSIANDER & LAVATE-
RVS ad *Ezech.* l. c.

(f) De quo luctu PLVTARCHVS in *Iside & Osiride*, SVIDAS in *Origis*,
IVLIUS FIRMICVS de *Errone profan. relig.* HELINSIVS in *Aristarch. S.*
c. 1. VOSSIUS l. c. SCHEDIVS de *Diis German.* p. 110. SPENCERVS l. c.
Sect. 3. DEXLINGIVS in *Diff. cit.* §. 19.

(g) Quare & ad OVIDIO *Metamorph.* L. IV. v. 15. *Eleleus* vocatur,

Ezech. 8, 14. (quem defendit VRSINVS in *Quaest. Bibl.* L. II. Quaest. 18.) HEINSIVS in *Aristarcho* S. c. 1. DIETERICVS in *Antiq. Bibl.* ad l. c. GVSSETIVS in *Commentar. Ling. Hebr.* p. 903. qui id aliquot argumentis adstruit, DILHERRVS in *Diff. Acad. T. II.* p. 664. seq. VAN DER WAEYEN in *Var. S.* p. 445. AMELIVS in *Erörterung der schweresten Schriftstellen des A. T. P. II.* p. 159. HEBENSTREIT in *Diff. de Bacchis* ad Ezech. 8, 14. qui post DILHERRVM huc quoque refert ritum illum, de quo Ezech. 8, 17. Conf. JOH. NICOLAI de *ritu Bacchanal.* c. 9.

Nomen **מַצֵּה** quod concernit, illud esse peregrinum, communis est sententia. JYRIEVS tamen in *Histor. Crit. Dogm. & Cult.* P. IV. c. 6. dictum putat pro **מִצֵּה** h. e. *perfectus ipse*: quam conjecturam longe incertissimam merito iudicat BVDDEVS in *Histor. Eccles. V. T. T. II.* p. 704. Nec melius est etymon a **מַצֵּה** *perpetuus fuit*, (permutato **ה** & **ז**;) cujus meminere BRAVNIVS in *Select. S. L. IV. §. 69.* MEL in *Antiquar. S.* p. 22. & DEYLINGIVS in *Diff. laud.* §. 6.

Plerique hujus vocabuli natales in Aegypto quaerunt idemque esse putant cum Aegyptiaco **ἄμῆς**, i. e. *occulus*, sub quo nomine Osiris lateat, provocantes ad testimonium PLVTARCHI in *Iside & Osiride*: (h) quod faciunt JYNIUS & TREMELLIUS ad Eze-

a Graec. Adverb. *Dolems* ἐλελεῦ, unde ἐλελεῖσθαι deploro. Vid. de hoc *ululatu*, in Bacchanalibus usitato, idem OVIDIVS L. III. 528. IV. 520. & XI. 17. 18. CLEMENS ALEXANDR. in *Admonit. ad Gentil.* IVLIVS FIRMIQVS & HEINSIVS l. c. Celebr. HEBENSTREIT in *Diff. de Bacchis* ad Ezech. 8, 14.

(h) Vbi MANETHOS SEBENNITA **Ἀμῆν** exponit *occulatum*: quae explicatio convenit cum Chald. & Arab. **מַצֵּה** *rexit*, *abscondit*, vel ut HILLERO placet, cum Hebr. **מַצֵּה** *rexit*, alias Chald. **מַצֵּה** *obscuratus est*, Arab. **مظي** *opertus est*. Sed **Ἀμῆν** & **Θαμῆν** cum Hebr. **מַצֵּה** confert WORMIVS l. c. L. II. p. 59.

Ezech. 8, 14. HOTTINGER in *Primit. Heidelb.* p. 393. LEVSDEN in *Philol. Hebr. Mixt.* Diss. XLIII. BRAVNIUS l. c. §. 68. 72. & 86. HIL-
 LERUS in *Onomast. S.* p. 598. & 663. CHR. WORMIUS loc. supra ad-
 duct. ALBERTI in *Porta Ling. S.* p. 1202. DEYLINGIUS §. 6. & 7.

Verum enim vero huic sententiæ plurima obsta-
 re videntur. I.) תַּמְנָה & Ἀμῆς vel Ἀμμῆς admodum
 discrepant: nam, ut nihil dicam de litera ת, quam vox He-
 braica habet, merito dubitatur de terminatione ῆς, sitne
 Ægyptiaca & originaria, an vero Græca, imo potius falsa,
 quippe quæ apud solum HESYCHIVM (i) occurrit, qui forsitan
 apud Aristotelem, (k) unde hanc vocem adducit, legens
 Ἀμμῆν, credidit Nominativum esse Ἀμμῆς; cum apud PLVTAR-
 CHVM Ἀμῆν, apud HERODOTVM vero in *Euterpe* & ORIGENEM
 contra *Celsum* L. V. Ἀμμῆν saltem legatur, quocum certe ma-
 gis congruit & Hebr. תַּמְנָה vel תַּמְנָה, & Græc. Ἀμμων, & no-
 men τῶν Ἀμμωνίων populorum, quod HERODOTVS ab Ἀμμῆν
 deducit. II.) Osirin Ægyptiis Ἀμῆν dictum fuisse, nusquam
 legitur, imo vero plerosque credidisse, Ἀμῆν apud Ægyptios
 esse nomen Jovis, diserte affirmat PLVTARCHVS. HERODOTVS
 l. c. Ἀμμῆν Ἀργύπτιοι καλέουσι τὸν Δία, & Scholiastes, PINDARI ad
Pyth. IV. 28. Ἀμμωνία λέγουσιν τὸν Δία προσωρομένω: unde &
 תַּמְנָה נָה *Diospolis* Nah. 3, 8. Conf. BOCHARTI *Phaleg*
 L. I. c. I.

Alii תַּמְנָה idem esse volunt cum *Thamosis* vel *Amosis*, no-
 mine regis Ægypti, qui a PLATONE in *Phædro* Θαμῆς vocatur, ab

(i) HESYCHIVS: Ἀμμῆς, ὁ Ζεὺς Ἀριστοτέλει. Fortassis & hic legen-
 dum Ἀμμῆν: HESYCHIVM enim innumeris mendis scaterere, nemi-
 nem fugit.

(k) Apud ARISTOTELEM tamen Philosophum hodie vox illa frustra
 quaritur.

ab Arabibus vero *Thamusi*, & ut constat ex EYSEBIO de *Preparat. Evang.* L. X. PHILASTRIO *Heres.* XXIII. & ABENE-
PHIO apud KIRCHERVM in *Oedipo Ægypt.* T. I. Syntagm.
IV. c. I. tempore Mosis in Ægypto regnavit, in quem opti-
me quadrat descriptio DIODORI SIC. L. I. ubi Amosin ut
regem crudelissimum depingit. Hæc sententia arridet URSI-
NO in *Quest. Bibl.* L. II. Quæst. 15. HVETIO in *Demon-
strat. Evang.* Propof. IV. c. 3. §. 4. ANDR. MÜLLERO in
Glossario S. p. 4. PFEIFFERO in *Dub. Vex.* ad Ezech. 8, 14.
& CASP. ABELO in *Histor. Monarch. Antiq.* p. 137. Sed nul-
la plane est ratio, cur Israëlita Thamosin sive Amosin, atro-
cissimum gentis suæ hostem, inter deos retulerint tamque im-
pense coluerint. Falsum enim esse, quod ABENEPHIVS (1) re-
fert, Thamosin primum Osiridis cultum instituisse indeque
Judæos accepisse & ab illo tempore quotannis repetuisse, du-
dum notarunt WITSIVS in *Ægypt.* L. II. c. 2. §. 17. BRAV-
NIVS in *Select. S.* L. IV. c. 2. §. 16. & AMELIVS in *Erdörterung
der schweresten Schriftstellen des A. & T. II.* p. 546.

Nomen תָּמֻזִּי denique non esse peregrinum, sed pure
Hebraicum, vel solo hoc argumento Grammatico probatur,
quod ei Articulus הַ addatur, (m) quem certe Nomina Pere-
grina nequaquam admittunt, quia sic orirentur voces hybridæ:
non enim dicitur הַתְּאִשְׁמַיִם, הַרְבֵּל, הַבְּסִרְךָ &c. cum contra no-
mina idolorum pure Hebraica Articulum illum non respuant:
B e.g.

(1) Autor dubiæ fidei, vid. WOLFFII *Biblioth. Hebr.* T. III. p. 10.
seq. & ZORNII *Bibl. Antiq.* p. 133. seq.

(m) Sic Chald. & Syr. תָּמֻזִּי dicitur, in Statu Emphatico, qui
Hebræorum Articulo הַ respondet.

e. g. העשפירור, הפעל, הפלך, &c. Quod ceruissimo est indicio, ונה esse vocabulum mere Hebraicum.

Est autem illud non *Simplex*, sed *Compositum*, qualia lingua Hebraica quam plurima habet, (n) idque ex נהן *dedir*, & ex inusitato נה *vinum*, in linguis vicinis adhuc superstite: est enim Arab. *نهر*, *نهر* & *نهر* *vinum*, sic Pers. *و* (o), Ethiop. *ወን*: *sicera*, *potus inebrians*, Græc. *μέθυ* *vinum*, *sicera*, Lat. *mustum*, *temetum*, German. *Meth*, *Most*, &c. unde nec abludit Syr. *ܡܘܨܬܐ* & Arab. *موزة* *muza*, *uva Damascena*, & Turc. *موزة* *vinum factitium*, mutato m in b. Dicitur ergo ונה pro ונה, נ per Dages Forte sequenti literæ inferto. (p) Abiectio vere primæ literæ radicalis Nun solennis est in hoc Verbo. Hinc ונה & cum Articulo ונהן *datorum vini* significat. Cui etymo nec lingua Ægyptiaca refragatur, si quis, hoc nomen ex Ægypto originem ducere, perpendat: † enim hodieque in lingua Coptica est *dare* & hinc *dans* vel *dator*, (q) & ἀμένθη Ægyptiis significasse λαμβάνοντα καὶ δίδοντα, testatur PLUTARCHVS in *Iside & Osiride*, cujus vocabuli ultimam syllabam *θη* B O CHAR TV S in *Oper.* col.

(n) Nominum Propriorum Compositorum Syllogen in *Onomast. V. T.* Sect. X. dedi. *Appellatiuorum* vero compositionem, quam vulgo in dubium vocant, alibi, data occasione, pluribus adstruam. Vid. interim *Arcan. Form. Hebr.* Sect. IX. c. 3.

(o) Procul dubio pro *و*, ultima litera abiecta, ut alibi sæpissime, vid. *Onom. V. T.* p. 589.

(p) Sicut in ונה pro ונה, ונה pro ונה, & majori anomalia ונה pro ונה &c.

(q) Sicut ונהן *regnare* est & *rex*, ונהן *liberatio* & *liberator* &c.

col. 830. recte confert cum Hebr. מזן . Huic ergo si datur *muz*, in Ægyptiaca forsitan olim æque ac in vicinis linguis usitatum, (r) facile inde formabitur *Tbammuz*.

Jam vero quis intelliget, nomen *datoris vini* ex idololatrarum mente nemini convenire, nisi Baccho. Quod ut magis liqueat, partim ex convenientia Nominum ac Cognominum, quibus Bacchus passim venit, partim aliis argumentis probatum dabo.

Est autem convenientia illa vel *Significationis* vel *Soni*. Sicut enim מזן Hebr. *datores vini* notat, sic Bacchus à Græcis vocatur $\mu\epsilon\theta\upsilon\delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$, ut ab ORPHEO in *Hymnis*, it. in *Epigram. L.I. p. m. 77.* (pro quo apud *Etymologum* in Μεθυματες occurrit $\mu\epsilon\theta\upsilon\delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$,) & $\sigma\upsilon\upsilon\delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$, ut ab EURIPIDE in *Hercul. Fur. v. 682.* Hinc *vinum* passim apud Poëtas *Bacchi munus* vel *donum* prædicatur: ut Græc. $\Delta\iota\omega\nu\sigma\tau\iota\sigma\iota\ \delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$ apud HOMERUM, $\Delta\iota\omega\nu\sigma\tau\iota\alpha\ \delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$ apud ATHENÆVM ex BACCHYLIDE, $\delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma\ \Delta\iota\omega\nu\sigma\tau\iota\alpha$ apud HESIODVM, $\Delta\iota\omega\nu\sigma\tau\iota\varsigma\ \mu\acute{\epsilon}\gamma\alpha\ \delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma$ & $\delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma\ \Delta\iota\omega\nu\sigma\tau\iota\varsigma$ apud OPPIANVM, $\delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma\ \Delta\iota\omega\nu\sigma\tau\iota\varsigma$ in *Epigram.* $\delta\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma\ \text{Βάκχου}$ apud ORPHEVM in *Fragment.* Sic Lat. *munera Liberi* apud HORATIVVM, *munera Bacchi & Baccheia dona* apud VIRGILIUM, *Lenæa dona* apud STATIUM, *Bacchi dona* apud SILIUM ITAL. *dulcicia Bacchi munera* apud CORIPPVM &c.

Ad illam nominis מזן notionem etiam alia alludunt: ut quando Græc. $\Delta\iota\omega\nu\sigma\tau\iota\varsigma$ à PLATONE in *Cratyllo* & ab Interprete HESIODI (s) deducitur $\mu\alpha\zeta\acute{\alpha}\ \tau\acute{\epsilon}\ \delta\iota\delta\acute{o}\nu\alpha\iota\ \tau\acute{o}\nu\ \sigma\iota\upsilon\upsilon\epsilon\upsilon$, q. d. *διδόστος*, quo

B 2

(r) Habuit enim lingua Ægyptiaca multas voces cum aliis linguis orientalibus communes, ut dudum observatum est Philologis, vid. *Onom. V. T.* p. 566. seq.

(s) Citante GYRALDO de *Div. Gentil.* p. 263. Locum rament apud HESIODI Interpretes frustra quæsi.

quo & EUSTATHIUS ad HOMERI *Iliad.* ζ. 132. respexit, inquires: Διώνυσος καθ' ἰσορῶν δοτῆρ ὄβρι λέγεται, cujus verba reperit PHAVORINUS in *Lex.* sub Διώνυσος, it. quando vitis à THEODORO Poëta vocatur οἰνοδότεια, & ipse Bacchus ἰλβοδότης ab EURIPIDE, ἀγλαόδοτος à NONNO, τῶν ἡμέρων δένδρον δοτῆρ à PHRYNŪTO, χαριδοτής (t) à PLYTARCHO, *letitiae dator* à VIRGILIO: quo sensu & HESIODVS in *Aspid.* v. 400. canit: Οἷα Διώνυσος δάκ' ἀνδράσι χάριμα καὶ ἀχθος.

Cum Hebr. *יַמֵּן* sono saltem conveniunt indeque deflexa videntur multa Bacchi Nomina ac Cognomina: ut ipsum Διώνυσος, sic Θυωνεύς, Θεάνος (u) apud HARPOCRATIONEM, unde Θεότιμος Θεός apud HESYCHIVM, it. μύτης in *Epigram.* μύτης (x) apud ORPHEVM, μεταδεύς apud PAVSANIAM, ὠμυτής apud PLYTARCHVM, NONNVM & in *Epigram.* ὠμυδός apud ORPHEVM & EYSEBIVM. (y) In quorum derivatione & explicatione frustra se torquent Græci, cum potius ex *יַמֵּן* sint corrupta.

Bacchum

(t) Quod H. STEPHANVS in *Theſauro Ling. Græc.* *letitiae datorem* exponit, quasi sit à *χαρὰ* gaudium. Regularius tamen deducitur à *χάρις* gratia, quo sensu & ORPHEVS in *Hymn.* de Nymphis cecinit:

Σὺν Βάκχῳ Διοὶ τε χάριν ἑμυτοῖσι Φέρεσαι.

(u) In quibus singulis ex *יַמֵּן* ob euphoniā abjectum est *ו*.

(x) Ex quo etiam *Miser* pro *Miles* apud HIERONYMVVM in *Epist.* ad *Letam* legit HVETIVS in *Demonſtrat.* *Evangel.* p. m. 117.

(y) In quibus *ן* Hebr. omittitur, sicut in *Vulcanus* ex *Ibubalcain*, & *י* vel in *δ* mutatur, vel per *σ*, *σδ* & *στ* effertur.

Bacchum a Judæis sub nomine *Thammuzi* cultum esse, præter ea, quæ HEINSIVS, DILHERRVS, GVSSETIVS & HEBENSTREIT locis supra citatis attulerunt, multa alia quoque probant. Nam I.) omnia fere vocabula, in Bacchi cultu obvia, ex Oriente advecta sunt. Ipsum nomen *Bacchus* esse ab Hebr. בַּכּוּכַּ ploravit, post HEINSIVM jamdudum observatum est Eruditis, (z) unde HESYCHIVS: Βάκχον, κλειδύμην Φοβύνης. Reliqua exposita vide apud eundem HEINSIVM in *Aristarch. S. c. I.* BOCHARTVM in *Canaan L. I. c. 18.* DICKINSONVM in *Delpb. Phœniss. c. 10.* CHR. WORMIVM de *corrupt. Hebr. L. I. c. 4.* B. MAYERVUM in *Philolog. S. P. II. c. 5.* MVHLIVM in *Dissert. de Orig. Ling. p. 85. seq. & alios.* II.) BACCHI cultus in vicinia Judææ obtinuit. Arabes enim coluisse Bacchum, HERODOTVS in *Thalia*, ARRIANVS de *Exped. Alex. L. VII. c. 19.* & ORIGENES contra *Celsum L. V.* referunt: quo fortassis pertinet *Baccha* idolum Meccanum, de quo BOCHARTVS in *Ebaleg p. 243.* Ab Arabibus Bacchi cultum ad Græcos transiisse, POCOCKIO in *Notis ad Specimen Histor. Arab. p. 107.* & DICKINSONO l. c. probabile viderur. *Thammuzum* a Zabii cultum esse, testatur MVHAMMEDES BEN ISAAC apud HOTTINGERVUM in *Histor. Orient. p. 270. seq. & in Primit. Heidelb. p. 395.* De Bacchi cultu apud Tyrios videndus est ACHILLES TATIVS L. II. Phœnices adeo omnium

B 3

(z) Vt MORINO in *Diss. de Cognat. Lacedem. & Hebr. p. 34.* BRAVNIO in *Select. S. L. IV. §. 57.* HYDIO ad *Perisoli Itin. Mund. p. 46.* VAN DER WAEYEN in *Var. S. p. 444.* WORMIO l. c. GÜRTLERO in *Orig. Mund. L. I. c. 16. §. 29.* MAYERO in *Phil. S. P. II. p. 319. & 322.* MVHLIO in *Diss. de Orig. Ling. p. 84.* DEYLINGIO in *Diss. de fetu super Thammuz §. 22.*

primos Bacchi sacra instituisse, docet NATALIS COMES in
Mytholog. L. V. c. 13. E Phœnice vero sacra illa a Cadmo Phœni-
 cio primum in Græciam inducta esse, ex EVRIPIDIS *Bacchis*
 patet & pluribus demonstratum est a BOCHARTO in *Ca-*
naan L. I. c. 18. Conf. HEINSII *Aristarch. S.* p. 710.
 MAYERI *Philol. S. P. II.* p. 320. seq. & MARSHAMI *Can-*
Chron. p. 124. Quamvis aliter sentiant VOSSIVS de *Idolo-*
latr. L. I. c. 19. & 27. atque HÛETIVS in *Demonstr. Evang.* p.
 128. 237. & 369. secuti autoritatem HERODOTI L. II. c. 49.
 NONNI in *Dionysiac.* & DIODORI SIC. L. I. & III. qui
 Bacchi cultum per Cadmum ex Ægypto in Græciam allatum
 esse referunt. Contra Ægyptios Theologiam suam debere
 Phœnicibus, statuunt HYDVIS ad PERITSOLI *Itiner.*
Mund. p. 46. & VAN DER WAËYEN in *Var. S.* p. 443. seq.
 Ab iisdem ergo Phœnicibus Judæos quoque superstitionem
 istam didicisse, vero admodum simile videtur. III.) Non
 plane de nihilo fuit fama de Bacchi apud Judæos cultu, inter
 gentiles adeo pervulgata & pluribus, licet falsis, adornata
 a PLVTARCHO in *Symphos.* L. IV. Quæst. 5. add. & TACITVS
Histor. L. V.

Neque tamen hæc nostra *Thammuzi* per *Bacchum*
 explicatio cum illorum mente pugnat, qui vel *Adonin* vel
Ofirin intelligunt. Adonin enim & Bacchum eundem
 esse, jam dudum quidam apud PLVTARCHVM I. c. ex
 utriusque cultus similitudine collegerunt. Unde procul
 dubio Bacchi nomina *Adoneus* & *Edonius*. Adonin mul-
 ta communia habere cum Baccho, observat HÛETIVS in
Demonstr. Evang. Propos. IV. c. 3. §. 3.

Ofirin

Osirin porro non alium esse atque Bacchum, ipsi
 Aegyptii apud DIODORVM SIC. L. IV. contendunt &
 pluribus PLVTARCHVS in *Iside & Osiride* ostendit. Idem
 tradunt EVSEBIUS de *Preparat. Evang.* L. III. & SVIDAS
 in "Osiis. Sic HERODOTVS in *Euterpe* de Osiride: Τὸν δὴ
 Διόνυσον εἶναι λέγουσι, & inferius: "Osiis δὲ ἐστὶ Διόνυσος κατ'
 Ἑλλάδα γλώσσαν, & EYSTATHIUS ad HOMERI *Iliad.* γ. 122.
 "Osiis Ἀργυπτιῶν ὁ Διόνυσος: unde Bacchus a NONNO in *Dia-*
nystiac. L. IV. Ἀργύπτιος, & ab AVSONIO in *Epigram.* XXVIII.
 Ἀργύπτιος "Osiis appellatur. (α) Bacchus enim fuit πολυώνυμος,
 ut diserte ab ORPHEO in *Hymn.* & a SOPHOCLE in *Antigon.*
 v. 1231. vocatur. (β) Inde vero sequitur, ut nec Osiris
 & Adonis ab invicem differant. Amathusii proinde utrum-
 que nomen conjungebant, a quibus "Adonis" "Osiis" colebatur,
 teste

(α) Ex recentioribus idem affirmant CYPERS in *Harpocr.* p. 94. seq.
 HUVETIUS l. c. GYRALDVS de *Diis Gen.* Synt. VIII. MONTACTIUS
 in *Origin. Eccles.* T. II. p. 39. VOSSIUS de *Idolol.* L. II. c. 10. &
 74. NATALIS COMES L. V. c. 13. DIETERICVS in *Antiq. Bibl.* ad
 Ezech. 8, 14. MARSHAMVS in *Can. Chron.* p. 125. GÜRTLERS in
Orig. Mund. L. I. c. 16. §. 31. seq. GODWINVS in *Mose & Aarone*
 L. IV. c. 2. §. 28. VAN DER WAEYEN l. c. p. 444. PEIFFER in *Dub.*
Vex. ad Ezech. 8, 14. HYDIUS ad PERITSOLI *Irin. Mund.* p. 46.
 ALBERTI in *Porta Ling.* S. ad h. n. SEGVINVS in *Select. Numism.*
 p. 157. seq. DOSSII. BASHVYSEN in *Diss. de Iside* P. II. §. 7. & 11. BVD-
 DEVS in *Histor. Eccles.* V. T. Tom. II. p. 702. ABEL in *Histor. Mo-*
narch. L. I. c. 3. §. 7.

(β) Vid. OVIDII *Metamorph.* IV. 11. seq. & AVSONII *Epigram.* XXIX.
 & conf. ALEXANDER ab ALEX. *Dier. Genit.* L. VI. c. 4. NATALIS CO-
 MES l. c. JULIUS AVRELIUS de *Cognom. Deor.* L. III. c. 5. DEMSTERVS
 ad ROSINI *Antiq. Rom.* L. II. c. 11.

teste STEPHANO de *Urb.* in 'Αμυζς. (γ) Certe uterque Phœnicicus fuit, vid. BRAVNIUS in *Select. S. L.* IV. §. 73. & WORMIUS de *corrupt. Antiquit. Hebr.* L. I. p. 142. (δ) Osiridis sepulcrum penes se esse, Byblienses jactant apud LVCIANVM de *Dea Syra.* Septima dies mensis Tybi Ægyptiis dicebatur Ὀσίρις Ἰσίδος ἐκ Πρωτων, teste PLVTARCHO in *Isid. & Osir.* Thammuz ergo, Bacchus, Adonis, Osiris, unus idemque deus fuit.

Sub singulis autem nihil aliud latuit, quam sol, commune illud omnium fere gentium numen, ut videre est ex ORPHEI *Hymn.* EVSEBII *Preparat. Evang.* L. III. c. 15. & MACROBII *Saturnal.* L. I. c. 20. 21. & 23. add. CUPERVS in *Harpocr.* p. 87. seq. & FABRICIUS in *Bibliogr. Antiqu.* c. 8. §. 13. Adonin non alium esse quam solem, post MACROBIVM c. 21. ostenderunt VOSSIUS de *Idolol.* L. II. c. 4. HEINSIUS in *Aristarcho S.* p. 714. & WITSIUS in *Ægypt.* L. II. c. 2. §. 16. Sol enim ab Orientalibus sub nomine Domini (ε) colebatur, vid. *Celeb. SCHLICHTERI Decim.*

(γ) Conf. SELDENUS de *Dis Syr.* SYNT. II. c. II. VOSSIUS l. c. HVETIUS p. 103. & 208. MARSHAMUS in *Can. Chron.* p. 31. WITSIUS in *Ægypt.* L. II. c. 2. §. 15. JUVIENS in *Histor. Crit. Dogm. & Cult.* p. 684. seq. TRIGLANDIUS in *Conjectan. de Dodone* c. I.

(δ) *Isiris* Phœnicicus, frater Chna, memoratur SANCHUNIATHONI apud EVSEBIVM de *Prepar. Evang.* L. II.

(ε) Hebr. יָדֵן, unde "Adonis. HESYCHIUS: "Adonis, δεσπότης ὑπὸ Φονίσιων.

Decim. S. p. 146. & nostrum *Onom. V. T. p. 591.* *Osfiris* (Σ) apud Ægyptios similiter solem referebat, ut ex DIODORO SIC. L. I. PLVTARCHO & MACROBIO l. c. constat. *Osfirin* a quibusdam Σείριον cognominari, idem DIODORVS testatur: est autem Σείριος sol, unde HESYCHIVS: Σείριος ὁ ἥλιος, pro quo apud SVIDAM: Σειρὸς ὁ ἥλιος. (η) Bacchus idem cum sole esse jam Veteribus creditus est. *Etymologus* in Διόνυσος: Παρὰ γὰρ Ἡλείοις ὁ αὐτὸς τῷ ἡλίῳ νομίζεται. VIRGILIUS *Georg. L. I.*

Vos o clarissima mundi

Lumina! labentem cælo qui ducitis annum,
Liber & alma Ceres --- Plura loca hanc in rem ex ARISTIDE, DIODORO SICULO, MACROBIO, OVIDIO, ARNOBIO, EVSEBIO, CHRYSOSTOMO, SERVIO aliisque con-
gessit CUPERVS in *Harpocrat. p. 91. seq.* Bacchi cum sole convenientiam ostendit Celeb. HEBENSTREIT in *Diff. de Bacchis* §. 17. seq.

C

A Tham-

(Σ) Cum nomine *Osfiris* convenit *Æsar*, nomen Dei apud Hetruscos: hoc vero esse ab 𐤀𐤑𐤍, 𐤀𐤑𐤍 vel 𐤀𐤑𐤍, quod in Nominibus Propr. Chald. de sole adhibetur, in *Onom. V. T. p. 569.* notavimus.

(η) Vid. pluribus GYRALDVS de *Diis Gentil. Syntagm. VIII. p. 280.*
VOSSIVS l. c. c. 10. SELDENVS de *Dis Syr. Synt. I. c. 4.* HÆTIVS p. 103.

A *Thammuzo* illo nomen accepit mensis Hebræorum *Thammuz*, in quem solstitium æstivum incidit, Hebr. תמוז, & fletus ille muliebris de *Thammuzo* Ezech. 8, 14. (9) Festum itaque *Thammuzi* in solstitio illo celebrantes, nihil aliud indicare voluerunt, quam solis recessum, quem ut amissam lugebant. (1) Ægyptios luctum *Osiridis* inter alia instituisse, quod dies minor fiat nocte, quando scil. tenebræ crescunt lucisque superatur & tabescit vis, testis est *PLVTARCHVS* in *Iside & Osiride*. Idem latet sub fabula de Ado-

p. 103. *KIRCHERVS* in *Obelisc. Pamphyl.* L. III. c. 7. *GOLIVS* ad *ALFERGAN.* p. 18. *JVRIEVS* in *Histor. Crit. Dogm. & Cult.* p. 523. *VAN DER WAEYEN* in *Var. S.* p. 301.

(9) Ægyptii tamen *Osirin* suum lugebant mense *Athyr*, qui in *Novembrem* nostrum incidit, unde sacrorum *Thammuzi* & *Osiridis* diversitas colligi posset; vid. ergo, quæ respondet *SELDENVS* l. c. *Synt. II.* c. 11.

(1) Qua de re *HIERONYMVS* ad *EZECH.* 8, 14. *NATALIS COMES* L. V. c. 16. *VRISINVS* in *Quæst. Bibl.* L. II. Quæst. 15. *SELDENVS* l. c. *SCHEIDVS* de *Diis Germ.* p. 108. seq. *VOSSIUS* de *Idol.* L. II. c. 10. *JVRIEVS* l. c. P. IV. c. 7. *HYDIUS* ad *PERITSOL.* p. 46. *GODWINVS* in *Mos. & Aar.* L. IV. c. 2. §. 27. *CYPERVS* l. c. p. 106. seq. *BRÄVNIVS* in *Select. S.* L. IV. §. 99. *VITRINGA* in *Jel.* 18, 1. *WITSIVS* in *Ægypt.* L. II. c. 2. §. 16. *VAN DER WAEYEN* in *Var. S.* p. 445. *AMELIVS* in *Erörterung der schwersten Schriftstellen* N. Z. T. II. p. 547.

Adonide sex menses apud Proserpinam totidemque apud
 Venerem commorante, de qua ORPHEVS *Hymn. in Adonid.*
 PROCOPIVS in *Jes.* 18. Scholiastes THEOCRITI ad *Idyll.* III.
 48. MACROBIVS *Saturnal.* L. I. c. 21. HYGINVS *Astron.*
Poët. L. II. c. 7. & NATALIS COMES l. c.

Atque hæc hætenus de *Thammuzo*; cum occasio hujus
 Commentationis significanda quoque sit. Singulæ enim
 Summi Numinis providentiæ, Potentissimi Borussiae Regis
 jussu Superiorumque suffragiis, Professoris Histor. S. & An-
 tiquit. in Illustri Gymnasio Regio in me collatum est munus:
 cui auspiciâ more consueto atque solemnî paraturus, de *Iti-
 nerariorum Orientalium Usu in Philologia S. Antiquitatibus
 Biblicis & Historia Ecclesiastica* bono cum Deo verba fa-
 cere constitui. Huic ergo Orationi, publice ex cathedra
 Gymnasii nostri recitandæ, cum futurus dies XXIX. Maji
 præsturus sit, VIROS ILLUSTRES, EXCELLENTISSIMOS,
 SUMME ET PLVRIMVM REVERENDOS, CONSULTISSIMOS,
 EXPERIENTISSIMOS, AMPLISSIMOS, OPTIMARVM LITE-
 RARVM FAVTORES QVOSCVNQVE, NOBILISSIMOS deni-
 que ACADEMIÆ CIVES, ut primordia muneris mei hono-
 rifica sua præsentia illustriora reddant, observantissime
 ac humanissime rogitō atque obtestor. P. P. Halæ

Magdeburg. XI. Calend. Jun. A. C.

M DCC XLIV.

Index.

- I. Index Disputat. sig. Jacobi Baumgarten.
- II. Explicatio loci difficultioris Johs. x. 33-38. Inven-
tatem Christi probantis.
- III. Precatio Christi pro avertendo saeclice Matth. xxv. 39.
- IV. De Sictis scripturae sacrae probantibus.
- V. De Christo a Judaeis conspiciendo, quando dicebant
celebretur veniens in nomine Domini Matth. xxiii. 39.
- VI. De gradibus Peccatorum.
- VII. De somnio Tridentino, quantum per illud melior detentio
facta sunt Ecclesia tam. quantum ex eo Ecclesia nostra cepit
evoluntati.
- VIII. De Patrum praetura Ecclesia feliciori successu in
profliganda gentis superfluitate quam in ambiguitate doctrinae.
- IX. De Discrimine ejus quod dicitur Naturale et Mo-
rale in Theologia.
- X. De Anamartesia ab hostibus in hac vita non obtinenda.
- XI. De scriptura sacra.
- XII. De obaptismi demonstratio et vindicta.
- XIII. De ob polygamia simulanea illegitima ex numero
demitum utriusque sexus.
- XIV. De gradibus bonorum Operum et Virtutis.
- XV. De Anamartesia Christi ejusdemque necessitate.
- XVI. De peccato in spiritum sanctum. Hebr. VI. 4. 5. 6.
- XVII. De pietate ministri Ecclesiae ab audire
caute examinanda.

Index

- XVIII. Examen miraculi legionis fulminatricis.
XIX. De Infalibilitate Pontific. Roman. autocatacra.
XX. Vindicia testimoniorum quibus Christus superiori-
tatem Patris affirmare videtur.
XXI. Examen sententia veterum Christianorum de Militia.
XXII. De suspitione peccati Adamicæ posteris facta.
XXIII. Vindicia Testaturæ grati Novi Testamenti.
XXIV. scientia fidei et experientia Discrimen etne,
quod in Theologia necessarium.
XXV. Vindicia demonstrationum divinitatis s. s. sero a su-
spicione cir cali vitiosi.
XXVI. Vindicia poenarum aeternarum.
XXVII. De Efficacia sero sacro naturali et supernaturali.
XXVIII. De Christo homine obligatione legum divinarum ante
cedente et externa soluto.
XXIX. De Vocatione Dei ad salutem variis eius gradibus
graduumque rationibus.
XXX. Demonstratio extra Ecclesiam non dari salutem.
XXXI. De præstantia religionis revelata pro naturali.
XXXII. De ultima Cena Christi paschali.
XXXIII. De circumspeditione hæresiologica.
XXXIV. Historia Trisagii.
XXXV. De Conversione non instantanea.
XXXVI. Examen variarum opinionum de regno possessionis
Abrahami in Aegypto.
XXXVII. De Iuda sacro coena Conviva.
XXXVIII. Vindicia vera et realis corporis et sanguinis
Christi in sacra Coena presentis.

Index


Vol. 2649

- XXXIX. De Eserimine revelationis et apparitionis.
XL. De Propagatione et gradibus peccati Originalis.
XLI. De Paulo gentium Apostolo.
XLII. Annus sacro Jezu Christi in lucam editi commendatio.
XLIII. Natalis Jezu Homini sumpta Enarratio solennium quibus memoria Christi in lucam editi antiquius celebrata est.
XLIV. Annus sacra Natalium Jezu Christi commendatio de Chronologia Veteris Testamenti generatim tum a Judaeis agnita quam in Novo evoluta.
XLV. De Fide in Christum.
XLVI. De Thaumaturgia vera religionis Charactera.
XLVII. De Cantico Canticorum Salomonis.
XLVIII. Quid ratio de suscitacione Corporum cognoscat.
XLIX. De Itinerariorum Orientalium usu.

J. Jarda

(X2371098)





47

XLIX

AD
ORATIONEM INAUGURALEM
DE
ITINERARIORVM
ORIENTALIVM VSV
IN
PHILOGIA S. ANTIQVITATIBVS
BIBL. ET HISTORIA ECCLESIAST.

QVA
PROFESSIONEM HISTORIAE S. ET ANTIQVIT.
DECRETO REGIO, PRAEVIIS SVPERIORVM SVFFRAGHS,
SIBI DEMANDATAM,

IN
ILLVSTRIS GYMNASII REGII REFORMAT. AVDITORIO
DIE XXIX. MAII HORA X. MATVINA
MORE SOLEMNI AVSPICABITVR,
OMNES REI LITERARIAE STATORES ET FAVTORES,
CVIVSCVNQVE ORDINIS SINT AC DIGNITATIS, SPECTATISSIMOS, VT ET
CIVES ACADEMIAE NOBILISSIMOS,
QVA DECET, OBSERVANTIA AC HVMANITATE
INVITAT

JOHANNES SIMONIS
HISTOR. S. ET ANTIQVIT. PROF.
PRAEMISSA EXERCITATIONE PHILOGICO-ANTIQUARIA,
QVA IN
GRAMMATICAM ET MYTHOLOGICAM SIGNIFICATIONEM
NOMINIS THAMMVZ EZECH. VIII, 14. INQVIRITVR.

HALAE MAGDEBVRGICAE.
Typis EMANVELIS SCHNEIDERI Acad. Typogr.